Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium missae - Cod. Schwarzach 1

[s.l.], [10./11. Jahrh.]

In vigilia unius sacerdotis

urn:nbn:de:bsz:31-183777

Visual Library

haberent. Nunc autē excusationē non habent
de peccato suo. Qui me odit. & patrē meū odit. Si ope
ra non fecissem in eis que nemo alius fecit. peccatū
non haberent. Nunc autē & uiderunt & oderūt.
& me & patrē meum. Sed ut impleatur sermo
qui in lege eorū scriptus ē. quia odio habuerunt
me gratis. IN UIGL UNIUS SACERD.
LEC EPLAE. AD TIMOTH.
Karīe. Testificor corā dō & xp̄o ihū. qui iudicaturus
est uiuos & mortuos & aduentū ipsius & regnū
eius. Predica uerbū. insta oportune inportune.
Argue. obsecra. increpa. in omni paciencia & doc
trina. Erit enī tempus cū sanā doctrinā non sus
tinebunt. sed ad sua desideria coaceruabunt sibi
magistros. Prurientes auribus. & a ueritate
quidem auditū auertent. ad fabulas autē con
uertentur. Tu uero uigila in omnibus labora.
opus fac euangelistę. ministerium tuū imple.
sobrius esto. Ego enī iam delibor. & tēpus meae
resolutionis instat. Bonū certamen certaui. cur
sum consūmaui. fidē seruaui. In reliquo reposi
ta est mihi corona iustitiae. quā reddet mihi dn̄s
in illa die iustus iudex. Non solū autem mihi.
sed & his qui diligunt aduentū eius. SEC MATH
In illo tēp̄r. Dixit ih̄s discipulis suis. Vigilate

ergo · quia neſcitis qua hora dn̄s uṙ uenturus ſit · Illud
autē ſcitote · qm̄ ſi ſciret & pater familias qua hora fur
uenturus eſſ& · uigilar& utique & non ſiner& pfo-
di domū ſuā · Ideo & uos eſtote parati · quia qua neſ-
citis hora filius hominis uenturus eſt · Quis pu-
tas eſt fidelis ſeruus & prudens quē conſtituit dn̄s ſu-
us ſuper familiā ſuā ut d& illis cibū in tempore ·
B eatus ille ſeruus · quē cum uenerit dn̄s eius inuene-
rit ſic facientē · Amen dico uobis · quō ſup omnia
bona ſua · conſtitu& eum · IN NAT UNIUS

SACERDOT · LEC LIB SAPIEN ·

E cce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit dō ·
& inuentus eſt iuſtus · Et in tēpore iracundię
factus eſt reconciliatio · Non eſt inuentus ſimi-
lis illi · qui conſeruar& legē excelſi · Ideo iure iu-
rando · fecit illū dn̄s creſcere in plebē ſuā · Benedic-
tionē omniū gentiū dedit illi · & teſtamentū ſuum
confirmauit ſup caput eius · Cognouit eū in benedic-
tionibus ſuis · conſeruauit illi miſericordiam ſuam ·
& inuenit gratiā coram oculis dn̄i · Magnifica-
uit eū in conſpectu regū · & dedit illi coronā glorię ·
S tatuit illi teſtamentum ſempiternū · & dedit illi
ſacerdotiū magnū · & beatificauit illum in gloria ·
Fungi ſacerdotio · & habere laudē in nomine ipſius ·
Et offerre illi incenſū dignū · in odorem ſuauitatis ·

LEC EPLAE AD EBREOS.

FRS. Plureſ facti ſunt ſacerdoteſ · idcirco q'd morte
prohiberentur pmanere. Ihc autē eo q'd maneat
in aeternū · ſempiternū hab& ſacerdotium. Unde & ſalua
re in perp&uū poteſt . accedenſ per ſem& ipſum ad dm̄ ·
Semper uiuenſ . ad interpellandū pro nobiſ. Taliſ enī
decebat · ut nobiſ eſſ& pontifex · Scſ · innocenſ · inpol
lutuſ · ſegregatuſ a peccatoribuſ & excelſior caeliſ factuſ ·
Qui non hab& cotidie neceſſitatē quemadmodū ſacerdoteſ
priuſ pro ſuiſ delictiſ hoſtiaſ offerre · deinde pro populo ·
Hoc enī fecit ſemel ſe offerendo · dnſ noſter ihc xpſ ·

SEQ SCI EUGL SEC MATHEU.

In illo tēp r̄ . Dixit ihc diſcipuliſ ſuiſ parabolam hanc ·
Homo quidā peregre proficiſcenſ · uocauit ſeruoſ ſuoſ
& tradidit illiſ bona ſua · Et uni dedit quinque talenta ·
alii autē duo · alii uero unum · Unicuiq: autē ſecundū
propriā uirtutē · & profectuſ eſt ſtatim · Abiit autē
qui quinque talenta acceperat & operatuſ eſt in eiſ · & lu
cratuſ eſt alia quinque · Similiter qui duo accepe
rat · lucratuſ ē alia duo · Qui autē unū acceperat · abi
enſ fodit in terra · & abſcondit pecuniam dnī ſui ·
Poſt multū uero tēporiſ · uenit dnſ ſeruorum illorum
& poſuit rationē cum eiſ · Et accedenſ qui quinq: talen
ta acceperat · obtulit alia quinq: talenta dicenſ ·
Dne quinq: talenta tradidiſti mihi · ecce alia quinq.

ſuper lucratus ſũ. Ait illi dominus eius. Euge ſerue
bone & fidelis. quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſup mul
ta te conſtituã. intra in gaudiũ dñi tui. Acceſſit
autẽ & qui duo talenta acceperat. & ait. Dñe. duo
talenta tradidiſti mihi. ecce alia duo lucratus ſum.
Ait illi dñs eius. Euge bone ſerue & fidelis. quia ſup pauca
fuiſti fidelis ſuper multa te conſtituã. Intra in gaudi
um dñi tui. SECUNDŨ LUCAM
In illo temp̃r. Dixit ihc diſcipulis ſuis. Nemo accendit lu
cernã & in abſcondito ponit. neque ſub modio. ſed ſupra
candelabrũ. ut qui ingrediuntur lumen uideant.
Lucerna corporis tui. eſt oculus tuus. Si oculus tuus fue
rit ſimplex. totũ corpus tuũ lucidũ erit. Si autem
nequã fuerit. etiam corpus tuũ tenebroſum erit.
Vide ergo ne lumen quod in te eſt tenebre ſint. Si ergo
corpus tuũ totũ lucidũ fuerit non habens aliquam
partẽ tenebrarũ. erit lucidũ totũ. Et ſicut lucer
na fulgoris. inluminabit te. IN UIGIL UNIUS
CFESS. SIUE MAR. LEC LIB SAPIENT.
Iuſtus cor ſuum tradidit. ad uigilandũ diluculo. ad
dnm̃ qui fecit illũ. & in conſpectu altiſſimi deprecabitur.
Aperiet os ſuum in oratione. & p delictis ſuis deprecabit̃.
Si enĩ dñs magnus uoluerit. ſpũ intellegentiae replebit
illũ. Et ipſe tãquã imbres mittet eloquia ſapientiae
ſuae. In oratione confitebit̃ dño. & ipſe diriget conſi